


AS de c B.



Faint, illegible text on a white rectangular label pasted onto a heavily stained and torn piece of aged paper. The text is mirrored and appears to be bleed-through from the reverse side of the page.



△

Buti Giuseppe appartiene dal Coll.  
dei cappellani comuni pontifici  
dal 2 aprile 1878 con titolo mons.

Figura anche come Assistente onorario  
della Specola Vaticana.

Tutto ultima volta nel 1925.  
(Annuario Pontificio). Probabilmente  
è morto in quest anno.

(Scelus)



J

N

f

h

n

a

d

H

b

t

er

op

e

d

es

m

G

t

lu

re

In Doctrina <sup>D. Augustini</sup> B. observata a Lessio  
1. Propositio.

Non ideo sortitur gratia effectum, quia voluntas col 927<sup>a</sup>  
humana ei cooperatur: neque est in potestate  
hominis ut gratiam faciat efficacem, quae alioquin  
non esset nisi sufficiens: et contrarium alienum  
a sententia D. Augustini, et scripturarum  
divinarum.

Examen.

Haec propositio videtur evertere libertatem ar-  
bitrii in operibus pietatis: si enim non ideo gra-  
tia sortitur effectum, quia voluntas <sup>humana</sup> cooperatur  
ergo non pendet a voluntate humana quod bonum  
opus sit vel non sit. Conseq. patet quia si  
efficientia et influxus gratiae in opus non pen-  
det a nostra voluntate, etiam ipsum opus quod  
est terminus intrinsecus illius efficientiae et  
influxus, non pendet a nostra voluntate.

Quod etsi per se videatur satis manifestum,  
tamen declaratur a simili. si in nostra vo-  
luntate vel intellectu esset aliquis habitus eius  
~~est~~ conditionis et naturae in operando, ut a  
voluntate nostra non penderet, quod illi operetur;

per se ipsum est effectum quocumque eius a nostra voluntate non pendere. ergo pari modo si gratia efficax eius est conditionis in operando, ut non pendat a nostra voluntate quod effectum habeat; manifestum est illum effectum (qui est ipsum opus supernaturale) non pendere a nostra voluntate; ac proinde non esse liberum: quod quomodo sane doctrinæ congruat, non video.

2. Si gratia non ideo sortitur effectum quia voluntas humana ei cooperatur; peto quæ sit causa cur sortitur effectum. Dico, ipsa efficacia gratiæ, quam habet in actu primo: hæc enim est causa cur sit efficax in actu secundo, hoc est cur effectum habeat. Contra ut gratia sit efficax in actu primo, nullo modo est in potestate voluntatis, iuxta hunc authorem. similiter non est in potestate voluntatis, ut hæc efficacia in actum secundum exeat, & effectum sortatur, ut idem docet. quomodo ergo ipsi effectus (qui est nostre consensus) est in potestate voluntatis? si enim efficacia cause non est in potestate voluntatis; inquit effectus illi efficacie necessario coherens est in potestate. Certis. Sed certum est a voluntatis libertate & negligentia



pendere, quod gratia sit inefficax, seu effectu careat.

ergo etiam certum esse debet, ab eius cooperatione  
pendere quod sit efficax, seu effectum habeat.

Ante dicens patet. quia scriptura plurimis locis *Isal. 94.*  
docet homines torrere corda sua contra vocat, *Hebr. 3.*  
omni dominam: gratiam Dei in vacuum recipere, *2. Cor. 6.*  
et negligere; Spiritu sancto resistere: et idcirco, *1. Timot. 1.*  
*Act. 7.*  
eo graviter eos reprehendit. unde perspicue sequitur  
a nostra libertate pendere, quod gratia effectu careat,  
atque adeo hanc carentiam effectus esse liberam:  
alioquin non imputaretur nobis ad culpam. Quod  
si carentia effectus nobis est libera, etiam productio  
effectus a gratia nobis est libera: hoc est, si in  
nostra potestate est efficere ut gratia effectu  
suo careat, et sit inefficax; etiam in potestate  
nostra est efficere, ut effectum habeat, et sit efficax.  
quia libertas est oppositorum: unde si alicuius  
operationis privatio vel cessatio est in nostra po-  
testate; fieri nequit quin etiam positio illius ope-  
rationis in nostra potestate sit. Quicumque ergo dicit  
a nostra libertate pendere quod gratia sit inefficax  
et effectu careat: etiam fatere debet a nostra liber-  
tate pendere, quod sit efficax seu effectum habeat:  
alioquin non loquitur consequenter, nec satis intelligit

quod dicat. similiter qui negat a nostra libertate pendere  
quod gratia effectum sortitur, sed putat id aliunde  
provenire (cumpe a divina predestinatione & effi-  
cacia gratie) hoc ipso negat a nostra libertate  
pendere, quod gratia effectum carcat. quod cum non sit  
sane doctrine consentaneum, nec illud quod ex hoc  
perspicue sequitur, et necessario est commune.

4. Quando sunt duae causae partialis unius effectus,  
constituentes unam causam integram; si operatio  
et influxus alterius non est in potestate alterius,  
communis effectus non potest esse liber. ut enim  
effectus sit liber respectu causae partialis, necesse est  
ut influxus et operatio alterius causae partialis sit  
in <sup>potestate</sup> alterius, cui effectus liber dicitur, potestate.  
quia ut effectus communis sit in potestate oportet  
ut totus influxus necessarius ad productionem illius  
effectus et singularum causarum concurrentium  
sit in potestate: ut per se constat. Cum ergo gra-  
tia et liberum arbitrium sint causae partialis boni  
operis, constituentes unam causam integram et ade-  
quatam; si in potestate liberi arbitrii non est operatio  
ratio et influxus gratiae, ita ut ab illius cooperatione  
pendeat, quod gratia hic est nunc partialiter efficiat  
opus: perspicuum est ipsum opus non esse in potesta-  
te liberi arbitrii. quia tota operatio necessaria ad

item opus non est in eius potestate.  
¶ Rursus, quando sunt due cause partiales  
concurrentes hic et nunc ad certum opus, necesse est  
vel utramque ea se esse determinatam ad concurrendum  
inducendo hoc tempore: vel alteram, <sup>determingeri</sup> ad altera; vel utramque  
quae ab aliquo tertio: atque gratia et liberum ar-  
bitrium non sunt ea se determinata, ut hic et nunc  
producant hoc opus: ut patet si patet: nunc etiam  
determinantur ab aliqua causa extrinseca: quia  
talis determinatio repugnat libertati. ergo necesse  
est ut voluntas determinetur a gratia, vel ut gratia  
determinetur a voluntate. Si voluntas determinetur  
a gratia quomodo actus est liber; cum in potestate  
voluntatis non sit quod gratia sit efficax,  
et ipsam determinet? Si autem, <sup>voluntas</sup> determinat gratiam;  
quomodo in potestate voluntatis non est ut gratia  
sit efficax, cum illam secum trahat in opus?  
¶ Præterea iuxta hanc sententiam tota ratio  
cur fiant hic et nunc, hic vel illa bona opera  
non erit referenda in voluntatem humanam, viribus  
gratiæ pro sua libertate utentem; sed in decretum  
divinæ voluntatis, et gratiæ efficacis, v. g.  
si queratur cur Petrus totis temporis momentis

non alius facit ista opera bona? Quidam dicit quia  
Deus istis momentis non alius dat gratiam effi-  
caciem cur hodie tantum fecit tria opera bona,  
heri decem, nudius tertius duodecim? quia hoc dicit  
Dedit illi ter gratiam efficacem; heri decem  
pridie duodecim: atqui hoc est contra communem  
verbum Doctorum et Fidelem qui id referunt in vo-  
luntatis humane libertatem, et maiorem vel mi-  
noris diligentiam.

7. Hoc sententia videtur manifeste tollere auxi-  
lium, sicut vero sufficiens quod non sit efficax.  
Auxilium enim sufficiens est quo voluntas instru-  
ta potest <sup>illud</sup> producere effectum; et consequenter effi-  
cax ut <sup>illud</sup> auxilium effectum sortiatur: hoc enim  
duo necessario sunt connexa, immo per se eadem: hoc  
ipso enim quo voluntas vi gratie instructa pro-  
ducit effectum, facit ut ipsa quoque gratia effe-  
ctum habeat, cum effectus sit communis. Atque  
non est in potestate voluntatis, ut gratia que alicui  
quin ea se non esset nisi sufficiens fiat efficax  
et sortiatur effectum; ut hic auctor affirmat:  
ergo illa gratia que vocatur ea se sufficiens,  
non est vero sufficiens ea parte ut, sed solum  
verbaliter dicitur sufficiens: ac proinde nulla est  
vero sufficiens, nisi que est efficax.

Confer quia illa gratia non potest rite dici sufficientis,  
que neque ex se effectum habet, neque liberum  
arbitrium efficiere potest ut effectum sortiatur.

P.<sup>o</sup> Dico si in Deo non esset prescientia  
conditionata, non esset dubitandum quin liberum arbitrium  
gratiam, que ex se est sufficientis, posset addere  
efficaciam. quia tunc non haberet efficaciam, quam  
illi modo tribuunt ratione prescientie conditionate.  
atque illa prescientia non immutat illo modo gratie  
aut liberi arbitrii conditionem, sed solum praevidet et  
effectum ex hypothese futurum. ergo etiam posita  
illa prescientia liberum arbitrium poterit gratiam  
addere efficaciam.

### Secunda Propositio

Duo hominibus eandem omnino gratiam existentem lib. i. de  
habentibus qui dicit fieri posse, ut alter cadat, gratia c. 13.  
alter non cadat; quia libera voluntas manet et col. 429.  
potest pro arbitrio gratiam sequi, vel ei resistere,  
contradicit Apostolo: qui 1. Cor. 4. prohibet  
fidei in infidelium adversus infidelium; et rationem  
addit quia fides que illos discernit, est donum  
Dei quod illi datum est, et alteri non est datum.

### Examen.

In hac propositione quattuor puncta insinuantur quae

non videtur probanda. 1. duobus eandem omnino gratiam  
excitantem habentibus fieri non potest ut alter cadat  
alter non cadat. 2. Non est in potestate vo-  
luntatis in eo casu gratiam sequi, vel ei resistere.  
3. Qui dicit in casu proposito fieri posse ut alter  
consentiat, alter dissentiat contradicit Apostolo  
1. Cor. 4. 4. Non ideo iste cadit ideo non  
cadit, quia voluntas libera in illo sequitur gratiam,  
in hoc resistit gratie; sed quia fides est domum.  
Dicit, quod illi datur huic non datur.

Primum Dunctum non videtur probandum: quia non videtur  
consentaneum definitioni Concilii Tridentini sess. 6. c. 5.  
et can. 4. ubi dicitur hominem cum eadem gratia  
preueniente, cum qua de consentit posse dissentire.  
si enim idem homo v. g. Paulus qui consentit cum  
eadem gratia poterat verè et propriè dissentire, et  
resistere gratie ut Concilium dicit: ergo Paulo  
consentiente alius homo v. g. Petrus habens eam-  
dem gratiam preuenientem potest propriè et verè  
dissentire. Quid enim refert an sit idem, an alius  
cum sit eadem gratia preueniens? cur quod idem potest  
et alius non potest? ponamus ergo Petrum ipsa  
dissentire. nihil enim absurdi est ponere ipsa fieri,  
quod fidei poterat.

Sed inquit ad gratiam non solum pertinet motus,  
sed etiam calitatio interna, sed etiam circumstantia loci,

temporis personae etc. Verum certum est cum iisdem circum-  
stantiis loci temporis personae cum quibus consentit potest,  
ipso viro et proprie dissentire iuxta definitionem  
Concilio.

Secundo peto quid causa sit cur fieri  
non possit ut cum pari omnino gratia preueniente  
alter consentiat alter dissentiat? Respondet, quia  
qui consentit accipit gratiam cum illis circum-  
stantiis cum quibus Deus sciebat illum consensurum.  
qui vero non consentit, non accipit gratiam cum  
illis circumstantiis, cum quibus sciebatur consen-  
surus: ac proinde non esse dubium quin eius qui  
consentit gratia longe maior fuerit.

Secundo contra, quia hoc nihil videtur esse aliud  
quam tunc veritas, et rem per se manifestam tunc  
per sermonis obscuritatem. nam cum dicitur, fieri  
non posse ut cum aequali gratia alter consentiat,  
alter dissentiat: nihil aliud significabitur quam  
fieri non posse ut alter consentiat, alter dissen-  
tiant, si Deus novit cum tali gratia utrumque  
consensurum vel utrumque non consensurum: quod  
nemo sane mentis vocari potest in dubium. Si enim  
aequalis gratia non est dicenda, nisi preuisus sit et  
qualis effectus, quomodo dubium esset potest an fieri  
possit, ut cum aequali gratia alter consentiat, alter  
dissentiat? Secundo quomodo hoc explicandi ratio

coheret cum ceteris, et recte aptari potest illi loco apostoli,  
Quis te discernit? Denique si per gratiam peccatis  
miser non est, nisi peccatus sit per effectus: ergo  
nec in Angelis fieri potuit ut aliquis eorum cum  
pari gratia dissentiret alio consentiente. quod non  
est consentaneum doctrinae S. Augustini lib. de  
corrop. et gratia c. 10. et ubi docet alios  
per liberum arbitrium cadentibus, alios per idem liberum  
arbitrium stetitisse; totam discretionem referens in  
libertatem arbitrii habituali gratia instructi.

Secundum Puritum non videtur probandum. si enim in eo  
casu non est in potestate voluntatis gratiam sequi,  
vel ei resistere; quomodo manet libera, cum in neu-  
tram partem se fluctandi mandat potestas?

Dices non negari quia voluntas in eo casu possit gra-  
tiam sequi vel ei resistere, sed solum significari  
hinc non recte probari fieri posse ut duobus aequali  
auxilio habentibus, alteri cedat alter non cedat; ut  
volebat altera opinio.

Sed contra, si in eo casu voluntas unus potest gra-  
tiam sequi, et voluntas alterius gratiae resistere:  
ergo poterit alter ab altero se discernere. discretio  
enim fit sequendo gratiam, et per eam credendo. atque  
hoc est contra apostolum, ut isti volunt. non enim  
solum apostolus docet hominem non discernere seipsum  
actu; sed etiam non posse seipsum discernere. tam cum



absurdum est secundum Paulum & Augustinum, quod homo  
seipsum possit discernere, quam quod ipsa petra se  
discernat. unde patet hic negari in potestate volun-  
tatis esse sequi gratiam, vel ei resistere. quod  
quomodo sane doctrinae consentiat, non videt.

Tertium Tunc non videtur probandum, quia in eo  
supponitur sensum Apostoli esse, duobus habentibus  
auxilium sufficiens ad credendum, fieri non posse ut  
alter per illud auxilium credat, altero nolente credere.  
quod profus a veritate alienum est. non enim idem Ap-  
tolus ait quis se discernit? ut significet liberum  
arbitrium per vires gratie sufficientis non posse credere.  
hoc enim sane doctrinae repugnat sed prout Augustinus  
passim explicat, ut mox non posse credere solis viribus  
nature, ut patet docuit Pelagianum. Unde addit: quid  
habes quod non accepisti? quasi dicat: etiamsi habes  
fidem, quam alter non habet, tamen, illam fidem non habes  
per vires nature, ut possis <sup>te</sup> gloriari quasi non  
accepisti sed per vires gratie, a qua tua fides omnem  
suam dignitatem et pretium habet.

Denique: 4<sup>um</sup> Tunc non videtur probandum, quia videtur  
tollere voluntatem, et totum discrimen credentis et  
non credentis referri in divinum beneplacitum: si enim duobus  
auxilium sufficiens habentibus queratur cur alter credat,  
alter non credat, videtur esse, quia credere est donum

Dei quod donum Deo placuit dare illi non isti. hęc enim erit  
propria et ultima ratio huius discriminis. quod si ita est  
quomodo ipsum credere erit liberum, cum non sit in potes-  
tate voluntatis, ut illud Deus det, vel non det?  
Etiam quomodo qui non credunt, non poterunt suam menda-  
citatem excusari, quod Deo non placuerit illis hoc donum  
dare, sine quo nullo modo credere poterant? Si dicitur  
casu fuisse in potestate illorum accipere illud donum,  
ac proinde ipsis imputandum si non acceperint.

Contra ergo propria ratio quod hic credat, ille non credat.  
posito auxilio sufficienti in utroque non est discrimen  
beneplacitum, sed libertas arbitrii auxilio gratis utentis  
vel negligentis. etsi enim credere sit donum Dei; tamen  
etiam est opus liberi arbitrii: ac proinde quod hoc donum  
actu adsit vel absit (posito auxilio sufficienti) pendet  
a libertate arbitrii. quo fit ut ipsum liberum arbitrium eo  
casu per gratiam liberè credendo, seipsum viribus gratis  
distinguat ab eo, qui non vult credere.

### Tertia Propositio

col: 429

Quod is qui credit non possit gloriari adversus non  
credentem, id non provenit ex eo quod viribus natu-  
re absque auxilio sufficienti gratis non credidit.  
sed quia non credidit absque gratia efficaci, quam  
Deus illi dedit non alteri.

### Examen.

Hæc propositio non videtur admittenda. 1<sup>o</sup> quia ex ea sequitur  
tunc credentem adversus non credentem posse gloriari quasi  
non accepit, si in Deo non esset præscientia conditi-  
onata, vel in conferendo gratiæ auxilio istius præscientiæ  
non haberet rationem, sed conferret illud secundum cir-  
cumstantias occurrentes. tunc enim Deus non distin-  
gueret illum seligendo illi gratiam efficacem qua effi-  
cax est, atque falsum est quod eo casu posset credens  
se gloriari quasi non accepisset quia non magis posset tunc  
virtus nature crederi quam modo: nec minus crederet tunc  
per auxilium gratiæ præcipientis et comitantis quam  
modo. præscientia nihil mutat circa gratiæ conditiones,  
nec eius visus auget, sed solum præiudicat effectum.

2<sup>o</sup> Quia sequitur Angelos qui steterunt posse gloriari  
quasi non accepissent adversus eos qui lapsi sunt.  
nam secundum Augustini doctrinam non steterunt illi  
per gratiam efficacem, quam Deus illis peculiari modo  
seligerit, sed per liberum arbitrium: atque id plane  
absurdum est ergo.

3. Qui gratis oblatam dignitatem vel opes accipit,  
et efficitur sublimis et opulentus, non potest gloriari  
quasi non accepit, etsi ad accipiendum non fuerit  
efficaciter impulsus ab alio: ergo multo minus potest  
gloriari quasi non accepit, qui non suis viribus,

suis sed auxilio gratie sufficientis donum fidei completi-  
tur, etiamsi per gratiam ex se effectum non fuerit  
ad hoc impulsus.

#### 4. Propositio.

464. Illis verbis Domini Joan. 15. Non vos me  
elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut  
catis et fructum afferatis et fructus vestri  
maneat; significatur hoc absolute persuetu-  
raturas usque in finem.

#### Examen.

- Hec expositio videtur aliena a mente scripturæ.
1. quia si vera esset omnes Apostoli fuissent obligati  
iudicio fidei Catholicae se persueturatos, et fore saluos.  
quod non videtur aliis scripturæ locis consentaneum.
  2. quia manifestum agit de illa electione de qua  
c. 6. dixit. Nonne ego vos duodecim elegi, et  
ex vobis unus Diabolus est? Vbi clarum est non  
agit de electione ad gloriam ante premissa merita, quia  
Iudas erat unus ex illorum numero: sed ad hoc Apostolatus.  
de qua Luc. 6. dicitur vocatis Discipulis elegisse  
ex illis duodecim quos vocavit Apostolos.
  3. Quia non loquitur de fructu private operationis, sed  
predicationis, et officii Apostolatus: namque quod

conuersuri essent mundum, ita Crisost. Grill. Lactantius.  
 Theoph. Euthim. & alii veteri Patris. Videtur Tollet  
 & Maldonat in hunc locum. Denique quia electio  
 omni predestinatione Christus nunquam sibi tribuit,  
 sed Patri ut Matth. 20. Non est enim dari vobis:  
sed quibus peratum est a Patre meo & cap. 27.  
Venite benedicti Patris mei etc: & cap. 11. ita  
Pater quoniam sic placitum fuit ante te. Luc. 12.  
Complacuit Patri meo dari vobis regnum etc: & ratio  
 est quia Christus hic loquitur ut homo: illa autem  
 electio est aeterna. Deinde Patri tribuitur provi-  
 dentia & gubernatio rerum: illa autem electio est  
 pars providentiae.

Dicit S. August. lib. de predestinat. ss. c. 17.  
 hunc locum exponit de electione aeternae predestinatio-  
 nis. fatetur. verum per electionem non intelligit elec-  
 tionem ad gloriam ante praeserta merita, sed electionem  
 ad fidem. solum enim intendit probare Apostolos non  
 fuisse electos ad fidem Christi ex meritis liberi ar-  
 bitrii, sed ex gratia contra semipelagianos; ut patet  
 locum intuenti. immo toto illo opere nihil aliud con-  
 tendit quam fidem, & initium fidei, hoc est, ipsum  
 affectum credendi esse donum Dei, nec posse haberi  
 viribus naturae: ut ex initio & fine illius libri; atque

ex toto contextu colligitur.

2<sup>a</sup>.

463.

Cum Dominus Joannis 10 ait: sed vos non creditis, quia non estis ex ovis meis: reddit causam cur Judaei non crederent, nimirum quia Deus non dederat illis gratiam efficacem: ubi vero non dederat, quia non erant de numero electorum.

Examin.

Hac expositio non videtur consentanea menti scripturæ, quia causam incredulitatis Pharisæorum refert in defectum gratiæ; atque non nisi modo improprie dici potest præsertim de illis, qui tot signa viderant, quod idcirco non credant quia Deus non dedit gratiam efficacem que necessaria ut actu credant. nam Ecclesi. 15. dicitur. Ne dicitis per Deum abestique enim dicit ne feceris.

2. Mens Domini erant reprehendere Pharisæos quod non crederent: at quomodo illos iure videtur reprehendere, si causam non credendi refert in defectum gratiæ, et electionis diuinæ, cuius ipsi nullo modo sunt causa. vnde non tam ipsorum libera voluntas, quam diuina obicitur accusari videtur. 3. Cuius fructus fuisset hæc oratio: idcirco non creditis post tot signa, quia Deus non dedit vobis gratiam efficacem: et idcirco non dedit talem gratiam, quia vos ex

ex merito suo benefacito noluit eligere. Imo quis huiusmodi  
oratione non offenderetur, cum prima origo incredulitatis  
Statuatur in Divino beneplacito. 4. Gratia efficax est  
omnino necessaria ut quis actu credat. fieri enim  
nequit ut quis credat, non habens gratiam efficacem;  
ut author scilicet fatetur: atqui non erat in potestate  
Pharisaeorum hanc gratiam habere: tum quia non erat  
in eorum potestate ut essent ex illis electis, quibus  
sola haec gratia est preparata: tum quia nihil poterant  
actu ex se ipsa facere ad hanc gratiam obtinendam  
sine gratia efficaci, cum ea sit necessaria  
ad omne opus bonum etiam ad orationem. quomodo ergo  
non credere poterat eis imputari ad culpam? non enim  
potest cuiquam verti culpa quod non faciat id ad quod  
non habet auxilium necessarium, nec in eius potestate est  
illud auxilium habere? Dicitur. habebant auxilium suffi-  
ciens per quod poterant credere; et idcirco non excu-  
santur. at quomodo habebant auxilium vere sufficiens,  
cum in potestate illorum non esset ut sortiretur  
effectum ut ipsi tradunt. quomodo habebant auxilium  
sufficiens, cum fieri non posset, ut actu crederent per  
illud auxilium, nisi acciperent aliud efficacius, quod  
non erat in illorum potestate? Denique cum quis  
habet auxilium vere sufficiens ad aliquod opus, non possu-  
mus dicere causam <sup>non</sup> cur faciat istud opus esse,  
quod non datur ei auxilium efficacius: quod si ipse  
noluit obtato auxilio uti, tum facile possit.

Vnde talis causam asserimus in eius libere voluntate  
sic de Angelis e. Sedano propter dicitur non possumus  
dicere non <sup>in iudicia</sup> statuisse, quod Deus gratiam illis efficacem  
non dedisset, sed quia per liberum arbitrium noluerunt:  
ut recte S. August. lib. de corup. et grat. c. 10 et  
u. docet. Eadem est ratio ubique auxiliium est verum  
sufficiens.

Quinque non est certum, quod omnes illi quos ibi aliquis  
batur Dominus, fuerint absolute damnandi. alioquin  
potuissent ipse de sua salute desperare, et omnes fuisse  
obligati credere illos nunquam salvandos; que omnia videntur  
tur ovia. *Ca. Propositio.*

464.

Homo potest quidem per gratiam Dei velle e. cur,  
vult. p. curare et bene operari; tamen fieri  
nquit ut reppa firuet ad brauium, nisi ea  
peculiaris misericordia detur ei perscurantia. prop.  
terea dictum est ab Apostolo, Non volentis, neque  
currentis sed misericordis est Dei.

### Examen.

Hec propositio neque consentanea videtur menti Apostole,  
neque vera. nam quod ad Apostolum attinet, non liquitur  
de volente et curante per gratiam sed per vires na-  
ture et sensus esse videtur. assequi veram iusticiam,  
non est volentis neque currentis per vires nature, et  
opera legis, quo modo Iudei volebant et curabant. sed



Dei misericordis; quia Deus per gratiam suam debet proceris  
nisi et iuari. Unde August. epist. 106. his verbis  
Apostoli commemoratis ait. hoc propter eundem  
est, qui per gratiam Dei liberantur iustificuntur. et  
hoc sensu passim ipse illo testimonio Apostoli videtur:  
ut epist. 105. 106. lib. de bono perseverant. c. u. et  
alibi. maxime enim valet contra Pelagianos et semipelagi-  
anos. Nemo unquam Patrum illud intellexit de voluntate  
et curruentibus per vires gratiae.

Quod si rem ipsam spectamus, non videtur vera. certum  
enim est in potestate baptizatorum esse per gratiam  
quae ipse ex parte Dei est preparata, perseverantibus  
et assequi brauium. ita enim docet Concilium Arausic.  
can. 25. hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus,  
quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati Christo  
auxiliantes et ad cooperantes, qui ad salutem pertinent  
possint et debeant, si fidei laborare voluerint, ad  
impleti. quibus verbis manifesto significatur per gratiam  
quae omnibus ex parte Dei est preparata, et quam si  
lactu non habent, facile possunt obtinere, esse in potesta-  
te illorum prestare perseverantiam: ac primum non requiritur  
alia peculiaris misericordia, quam habet non sit in illorum  
potestate; quaeque solis electis preparata sit. Idem pro-  
batur ex Conc. Trident. sess. 6. c. 13. de perseverantibus  
tunc neminem nemo certi aliquid absolute certitudinem pollicetur,  
tunc; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare

et reponere omnes debent. Deus enim nisi ipsi eius gratie  
desiderent, sicut coepit opus bonum, ita perficiat operans  
vult et perficiat. si dominus iustificati firmisimam operam  
in auxilio dei reponere debent: ergo omnibus de parte dei  
preparatum est omni auxilium necessarium, ut ipsa per  
se veniant: et in potestate illud est illud habere in actu  
secundo: ac primo preter illud non requiritur alia potentia,  
vis misericordia solis electis de parte dei preparata.  
Rursum in potestate iustorum est gratie dei non deseri:  
ergo in eorum potestate est efficere, ut Deus in illis operi  
tur perseverantiam: ergo dei non potest iustificatis  
preter gratiam, que omnibus preparata est, necessariam  
esse ad salutem consequendam aliam quondam peculiarem  
gratiam quam habere non sit in eorum potestate.  
Neque enim illa misericordia, de qua loquitur Apostolus,  
est in potestate curantis et volentis. Denique si  
omnibus iustificatis preparatum est auxilium vere sufficiens  
ad perseverandum, cur fidei nequit ut aliquis per illud  
auxilium ipsa perseveret: aut quomodo illud auxilium  
de parte dei est vere sufficiens, quod tale est ut  
fidei non possit, ut aliquando effectum ipsa habeat

### 7<sup>o</sup> Propositio.

463. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit  
eum. His verbis non significatur hominem sine  
tractu Patris non posse venire ad Christum  
(quia qui habet auxilium sufficiens potest venire)

sed significatur infallibile esse neminem sine tractu Patris ipsa venturum.

### Examen.



Haec expositio non videtur profunda. Quia auct<sup>r</sup>,  
tum <sup>sufficiens</sup> non vult pertinere ad tractum Patris. si  
ita est, verum erit hominum sine tractu divino has  
sibi sufficientes vires ad credendum, et verum  
posse credere, etiamsi actu et ipsa non credit.  
Atque (ut alia omittam) hoc aperte repugnat  
definitioni Concilii Trident. sess. 6. can. 3. Si  
quis dixerit sine preueniente Spiritus sancti  
inpiratione atque eius adiutorio hominum credere,  
esperare, diligere, aut poenitere posse, sicut opore  
tut etc. anathema sit. hic non solum loquitur  
de actu, sed etiam de potentia.

2<sup>o</sup> si non posse in testimonio Domini, idem est  
quod effectum non fore, cur hunc modum interpretari  
tam non poterimus aliis locis similibus applicari:  
ut cum dicitur: sine me nihil potestis facere, non  
significatur hominum sine Christi auxilio non haberi  
sufficientes; sed ipsa nihil boni effecturum?  
imo cur simili modo non poterimus interpretari  
dictum Concilii, ut dicatur homo non posse credere,  
sine inpiratione divina, non quod sufficienter  
auxilio careat, sed quia ipsa non credit!

3. S. Aug. passim ex hoc loco contra Pelagianos  
et eorum reliquias probat hominem non posse credere  
sine habere sufficientes vires absque tractu Patris.  
De viribus enim maxime fuit questio. Et sani si  
habentur sufficientes vires sine tractu Patris  
nulla est ratio cur non aliquando sequatur effectus.  
Vnde enim indicari potest, vires esse vires sufficientes  
nisi aliquando in opus crederint? Sinque tractus  
istud non est preparatus nisi electis, ut ipsa docent:  
si ergo istud tractus est necessarius ut per ipsa ve-  
nias ad filium: quomodo sine illo tractu habes auxi-  
lium verum sufficientis ut venias ad filium? Item  
quomodo imputatur tibi quod non venias, cum dedit tibi  
auxilium necessarium?

### Octava Propositio.

um S. Paulus Act. 13. multis predicaret sola  
Lydia purpuraria credidit: cuius rei causam  
videns S. Lucas, ait. Aperuit Dominus eius cor  
intelligendi his que dicebantur a Paulo. Cur autem  
aperuit Dominus cor eius et non aliorum, nisi  
quia ex eo numero sola ipsa preordinata erat  
ad vitam eternam (ante premissa opera) ut idem  
Lucas dicit de aliis qui crediderunt Act. 13.

### Examen.

Hec non videntur solida. Quia non sola Lydia credidit,

Sed etiam tota eius domus, quam Apostolus baptizavit,  
ut ibidem dicitur. 2. Unde colligi potest quod idcirco  
eo illius solius cor Dominus aperuit, eo quod ipsa  
sola ex illo numero esset electa ad gloriam ante  
omnium operum perversionem, cum Scriptura id minime  
insinuet: nam fieri potest ut etiam aliqui alii credi-  
derint, etsi huius solius propter ea que sequuntur  
mentio fiat. Simodo etiam si alii tunc non crediderint;  
verisimile est aliquos ex illis postea credidisse. erant  
enim plurimi. Præterea ex eo quod quis credit non  
recte colligitur illum esse electum ad gloriam ante  
sua opera: multi enim non electi credunt: neque ex eo  
quod quis hoc tempore non credit, recte colligitur illum  
esse reprobum. 3. illi qui tunc non crediderunt  
tamen habebant auxilium sufficiens ad immediatè cre-  
dendum, non ideo non crediderunt si propriè loquendum  
sit: quia Deus non aperuit cor eorum per gratiam  
ex se operationem. quid hoc ipso quo dat illis auxilium  
sufficiens iam inchoatè aperit cor, & paratus est com-  
plere aperiri hoc est ipsum consensum & voluntatem  
tam credendi operari si gratiè accipere volint eorum  
perari. Itaque quod Deus non aperuit corda eorum  
compleri, ipsi in causa fuerunt: nam in potestate  
eorum per gratiam prævenientem, quam acceperant;  
& comitantem, quam acciperent in sua potestate habebant,  
erat, ut Deus ipsum credendi affectum in ipsis opte-  
raretur. Itaque ex hoc loco neque electio illa præmia

nihil gratia ex se efficax recte colligitur.  
Nihilque his obstat illud quod Act. 13. dicitur: Didicerunt  
quotquot perordinati erant ad vitam eternam: quia illi  
locus vel non intelligitur de predestinatione, ut multi  
recentioribus ostenderunt: vel legitur solum de predesti-  
natione ad fidem pro illo tempore. non enim eadem  
bilis est aliquos omnes, qui tunc non crediderunt fuisse  
reprobos. Denique nihil <sup>coact</sup> illud interpretari de electione  
absoluta ad gloriam ante previsa merita: ut Vasquez  
et alii recte ostenderunt.

### 9<sup>a</sup> Propositio.

1. Simi persequantibus bono nemo persequari potest.
2. Hoc autem <sup>donum</sup> ~~bonum~~ non datur ex meritis etiam  
per gratiam factis, sed ex gratia.
3. Et quamvis omnes iusti persequari possint, si  
velint.
4. Tamen soli illi persequantur qui habent hoc donum  
persequendi usque in finem. 5. Ac per  
hoc salus et predestinatio ad salutem ex volum-  
tate Dei simpliciter pendet.

### Examen

Hec propositio habet 5. partes seu membra. i. membrum  
certum est. sed dicitur aperte fugari cum tertio ubi  
dicitur: iustos omnes persequari posse, si velint.

quomodo enim omnes persecurari possunt, si velint cum  
certum sit non omnes haberi donum perseverantiae,  
sine quo persecurari non possunt: quod donum non om-  
nibus est preparatum sed solis electis, quibus etiam  
non datur ex meritis, sed ex gratia ut in 2<sup>o</sup> membro  
dicitur.

Quod dicitur dicitur in 1<sup>o</sup> membro neminem sine  
dono perseverantiae posse persecurari; non quod re vera  
non possit: sed quia nunquam fuit ut quis sine hoc  
dono perseveret. hoc plane videtur mens auctoris.

Sed contra. ergo vera est haec propositio: homo sine dono  
perseverantiae veri et proprie potest persecurari.

quod non videtur admittendum. non enim homo magis  
potest persecurari sine dono perseverantiae; quam potest  
credere sine dono fidei, aut poenitere sine dono poenitentiae.  
atque nullo modo potest credere sine dono fidei, etc: ergo  
nec persecurari sine dono perseverantiae. Quod ipsa  
perseverantia est donum perseverantiae, iuxta doctrinam  
S. August. de dono pers. c. 6. atque nemo potest  
persecurari sine perseverantia; ergo neque sine dono  
perseverantiae.

Ad id. si absque dono perseverantiae nemo potest perse-  
curari quomodo omnes iusti dicuntur persecurari posse, cum  
non omnes habent donum perseverantiae.

Respondio. quia etsi actus non habent hoc donum, tamen  
ex parte Dei est illis preparatum: et in potestate illorum

Et illud actu haberi, si diligenter gratis diuinit cooperari  
volunt ut ea Concilio Araus. et Trident. supra ad  
6. propositionem attestatum est. sic nemo potest quicquam  
facere sine concursu diuino: tamen quia hic concursus  
est et preparatus ex parte Dei, et in potestate  
illius est illum haberi, ideo absolute dicitur posse  
operari. Ex quibus patet 1<sup>um</sup> et 3<sup>um</sup> membrum non co-  
trari, sed pugnantia.

2<sup>um</sup> membrum non videtur protandum: quia non congruit  
doctrinae S. Aug., qui sup. lib. de bono perseruit. c. 6.  
docet nos hoc donum posse suppliciter emeri.

Si possumus emeri ergo datur ex meritis gratie.  
quicquid enim intuitu peccati vel bonorum operum  
datur, ex meritis dari censetur iuxta August.

Secundo si donum perseruantis non datur unquam ex  
meritis gratie, sed solum ex modo Dei beneplacito,  
absque ullo meritorum intuitu: quomodo verum est  
omnes iustos posse perseruari, cum in potestate illorum  
non sit haberi hoc donum, et sine hoc dono non possint  
verè et propriè perseruari? sicut si concursus diui-  
nus necessarius ad ambulandum non esset in mea po-  
testate, sed solum fauoris quibusdam preparatus esset,  
non possem ambulare etiamsi reliqua omnia necessaria  
supplenderent.

4<sup>um</sup> membrum verum est sano sensu.



non videtur verum. quia insinuat saltem  
fidei a sola voluntate et bonifacito diuino: sicut  
in libro secundo dicitur fidei donum perseverantiae.  
nam non videtur hoc inferri: et quid aliud sibi vult  
illud simpliciter? sicut ergo donum perseverantiae  
non datur ex meritis, sed ex gratia, ut habetur in  
1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. ita quoque salus confertur non ex  
meritis, sed ex gratia. quod non est sane doctrina  
ne consonum. Alioquin quis est sensus horum verborum,  
ac per hoc salus est predestinatio ad salutem ex  
voluntate Dei simpliciter fidei. quomodo hoc ali-  
squin ex precedentibus inferitur? et cur salus cum  
predestinatione salutis coniungitur, tanquam eadem  
sit utriusque ratio quoad non fidei ex meritis,  
sed ex sola Dei voluntate?

### 10. B. Propositio.

Quod parvulorum alius baptizetur, alius absq. 466.  
qui baptismi gratia rapiatur, primaria causa  
talitatis non potest nisi divina voluntas,  
que ab initio usque in finem cursum rerum  
ita disposuit, ut cooperirentur eis quas ipsi  
elegit.

### Examen.

Si primaria causa cur tot parvuli absque baptismo

rapiantur et consequenter perirent non potest esse alia,  
quam divina voluntas, ergo de omnibus huiusmodi  
parvulis dici poterit: Ideo istis mortuus est sine  
baptismo quia Deus voluit ut sic moreretur:  
Ideo non est datus ei baptismus; quia Deus  
voluit ut ei daretur: que sane verba dura videntur  
et piarum aurium offensiva.

2. Quomodo verum est Deum velle omnes homines  
salvos fieri, si voluntas ipsius est primaria causa  
cur tot parvuli absque baptismo rapiantur? quo-  
modo vult illos salvos fieri, quos de se ante pre-  
visionem dispositionis verum voluit sine baptismo mori?

3. Si voluntas est primaria causa cur tot infantes  
rapiantur absque baptismo: etiam erit primaria causa  
cur tot peccatores adulti rapiantur sine poenitentia.  
Eadem enim utrobique est ratio. Etsi enim baptismus  
parvulorum non pendat ab illorum libertate; pendet  
tamen eorum quibus subsunt. &c.

4. Plurimi ex parvulis & secleratissimi perimuntur,  
vel adhuc in utero positi, vel recens effusi, quomodo  
voluntas divina potest dici primaria causa mortis  
istorum?

Sicet, dicere voluntatem divinam dici primariam cau-  
sam mortis illorum: quia propter originali peccatum

secundo ut fieri suis motibus. Contra si hoc satis est  
ut dicatur primaria causa illius effectus poterit etiam  
dici primaria omnium eorum stuprorum et aliorum  
malorum, que in vindictam peccatorum permittit non  
impediendo iniquas hominum voluntates. quod tamen  
nemo Catholicus dixerit. Secundo voluntas divina circa  
parvulorum salutem prevenit cursum rerum ut auctor  
docet. prius enim Deus statuit qui sint salvandi  
et qui reprobandi, quam disponat cursum rerum,  
Secundo inquirat et statuit cum providentie ordinem  
et cursum ab initio mundi usque ad finem, cum quo videt  
fore ut omnes electi salventur, et omnes non electi per-  
eant. Itaque quod non electi pereant, non est ex mera  
permissione, qua res sinuntur <sup>verum</sup> agi suis motibus; sed  
ex positiva voluntate que cursum sic disposuit si-  
cut aptum noverant ut omnes illi pereant.

Dicos. Non disposuit cursum rerum in eum finem ut non  
electi pereant, sed ut electi salvarentur: circa non electos  
se habuit solum permissionem. Contra. si de industria non  
quessit et seligit cum providentie ordinem, cum quo  
non electi pereant, quomodo ex tam infinita multitudine  
non electorum, nemo per illum providentie ordinem salvetur.  
non enim hoc potest veluti ~~ex~~ casu accidere quod nullus  
non electus per illum providentie ordinem salvetur.

Unde necessarium est ut de industria fuerit quesitus  
is modus providentie, cum quo Deus scilicet numerum

illozum fieri saluum: sicut pro electis fuit quæsitus hic is  
modus prouidentie, cum quo scilicet eos saluandos. Confir-  
quia alioquin dei non posset voluntatem diuinam esse  
primariam causam cur paruuli moriantur sine baptismo,  
vel baptismum consequantur. illud enim insinuat aperte  
causas inferiores ad eum finem voluntate diuina disponi,  
et dirigi.

## U<sup>o</sup> Propositio.

469.

Illud Apocalyp. 3. Tene quod habes, ne alius acci-  
piat coronam tuam: non ideo dicitur est quod illi  
verura coronam posset amittere; sed ut hac com-  
minatione perterritus is, cui adhuc incerta est  
sua predestinatio, teneat fortiter quod habet.

## Examen.

hæc expositio non videtur solida. C. quia si corona ita est  
predestinata ut absolutè amitti non possit vana est illa  
comminatio, et vanus timor in d. conceptus: quia est d. o  
malo quod non potest cuius: cum deus ex se abso-  
luto decreto statuerit impediri. sicut si deus firmis-  
tè, non sub conditione sed absolutè, statuerit ut  
non amittam vitam, vanè essent omnes mortis minæ,  
et inanis timor moriendi. frustra minatur quis malum,  
cui tam firmæ et potentes causæ obsistunt, ut cuius  
minæ responsa nullo modo possit.

2. Erat defectio in his verbis. nam per ea intelligit spiritus

sanctus minime timorem amittendi coronam; ac promittit per  
suasionem et iudicium, quo quis inducet eam posse  
amitti, et huius rei subesse verum periculum. nam  
sine tali iudicio timor consistere non potest: atque si  
veri non subest periculum amittendi, falsa est illa  
persuasio, et consequenter decipit nos sacra scriptura  
falsam persuadens, quod nefas est dicere.

3<sup>o</sup>. si hęc ratio interpretandi bona est; cur non poterit  
simili modo alias scripturę comminationis inter-  
pretari: nempe illas solum fieri ad terrorem; non  
autem quod illa bona possint revera electis evenire?  
facile tamen in sensu composito recte dici, fieri non  
posse, ut predestinatus coronam amittat: sed modo nihil  
incommodi. nam simili modo dici potest, fieri non posse,  
ut reprobus illam consequatur. unde hoc nullo modo em-  
pedit quin verum et facile possit amitti et merito debet  
tamus nutuere et esse soluti non amittamus: nam illa  
compositio ut suppositio pendet a nostra libertate,  
scilicet est si ponatur in dicitur sicut ponitur ab auctore.  
hoc modo intelligendus S. August. de corrept. et grat.  
c. 13. Denique Gabriel Vasquez in 3 part. disp. 23 n. 118. et 121 censet illam  
expositionem cum sana doctrina  
non consistere.

## 12. Propositio

Si vera esset opinio eorum qui dicunt liberum ar-  
bitrium sufficienter gratia instructum posse  
effici, ut illa gratia effectum sortiatur: effectus

423.

impe fides et concursio non esset donum Dei, nec Deus  
operaretur velle, sed homo: et homo sensum dis-  
cerneret, contra sensum Apostoli. Gal. 4. et  
fidelis posset gloriari contra infidelim, quasi non  
acciperet. Examin.

Hæc propositio multas habet partes, quas a veritate vidi,  
si alienas supra in examini. i. 2. et 3. propositionis  
obtusum est.

13<sup>a</sup> Propositio.

56. Deus movet et applicat voluntatem humanam  
ad omnes suos actus et utitur illa tanquam  
instrumento ad opus efficiendum. hæc motio est  
necessaria ex parte cause secundæ eo quod causa  
secunda habet necessariam dependentiam a causa  
prima, in cuius virtute operatur: et quod similis  
virtuti impressæ sacramentis per motum, seu usum  
quo Deus utitur illis.

14<sup>a</sup> Propositio.

56. Ut voluntas humana recipiat influxum seu virtutem  
Dei qua applicatur ad opus requiritur ex parte  
voluntatis quedam dispositio, quæ nihil est aliud  
quam negativa determinatio præcedens tum influxum

Dei, tum actum voluntatis: nempe quod voluntas si-  
nat se moveri ab obiecto, vel non sinat. si sinat  
se moveri ab obiecto proposito, Deus iam applicat,  
& movet ad actum dicendum: si non sinat Deus  
iam non applicat neque movet.

### 5<sup>ta</sup> Propositio

Et si posita Dei motione impossibile est ut volun- 56.  
tas non agat; absolute tamen non est impossibile,  
quia videlicet potest voluntas non se disponere  
per negativam determinationem ad motionem Dei re-  
cipiendam.

### Examen.

Hæc doctrina tribus istis propositionibus contenta non vide vide Suarez  
lib. 3. de auxiliis  
cap. 15. p. 7. et  
se aliis ubi hæc  
propositionem tanquam  
alienam a theologia  
veritate, et multa  
absurda continentem  
refutat.  
videtur admittenda. 1. quia est valde nova. quis enim  
unquam ~~quod~~ fecit mentionem huius negativæ de-  
terminationis? 2. quia tollit intrinsecam & im-  
mediatam indifferentiam voluntatis respectu suorum  
actuum. et consequenter eos solum facit liberos per deos;  
minationem extrinsecam a sua causa negativam libera:  
ut patet ex 3. proposit. posita enim motione divina,  
qua Deus applicat voluntatem ad agendum voluntas  
non manet indifferentis: sed plene determinatur ad agendum  
ita ut sit impossibile non agere; ut in tertia habetur:  
sed solum dicitur posse non agere quatenus ante motionem

divinam potest sine se moveri vel non moveri. sicut si homo  
non posset seipsum loco moveri, nisi impulsus ab alio, ita  
tamen ut quotiescunque sineret se impelli, alius ipsum  
impelleret, et moveret, ille motus non esset liber nisi ratione  
libere permissionis praevidere. simili modo nullus actus vo-  
luntatis erit per se et immediate liber, sed solum ratione  
permissionis praevidere: quod sane doctrinae non est consen-  
tandum. sic enim ipsum amare Deum non esset per  
se meritorium et laudabile, sed solum illa dispositio, et  
determinatio negativa, qua quis sinit se moveri ab obiecto  
proposito. in hac erit tota laus, totumque meritum,  
quia tota libertas. fieri modo solum Deum et querens.  
alia prava voluntas, non erit per se et immediate culpa-  
bilis, sed solum illa negativa dispositio, qua se habet nega-  
tively obiecto proposito. in hac tota culpa residet: sicut  
cum tu sis impelli a potentiori, si qua culpa tua est  
in eo motu, tota est in illa permissione, de qua factum  
est, ut alius te ad eum motum impelleret.

3. Quia non minus videtur Deum facere omnium  
malorum voluntatem quam sententia eorum qui ponunt  
determinationes. quod patet: quia verum ponit voluntas  
tam ad omnem actum positivum praedeterminari. ista enim  
providentia applicatio et motio, qua Deus videtur volun-  
tatem ut in instrumento, et qua posita impossibile est, ut vo-



luntas non mouetur; quid aliud est quam efficax predictio,  
natio? nequē refert quod ista predictio non ponatur  
in voluntate, nisi voluntate prius libero permittente,  
et ita videtur esse liberum quod in altera sententia  
locum non habet quia non minus est author mali qui im-  
pellit ad malum altero permittente, seu negatiue se ha-  
bente; quam qui impellit non cogitantem. Si enim qui  
altero positiuo desiderante impellit ad malum, est verus  
author mali; multo magis qui impellit eo tantum  
nomine, quod alter negatiue se habeat et impelli sinat.  
itaque si opus ipsum prauum spectetur, non minus Deus  
erit illius author ex hac sententia, quam ex illorum  
qui nudam predictionem statuunt: solum in eo  
discrimen erit, quod in hac sententia minus inuicem  
fiat homini: quia ponitur non predictio ad malum,  
nisi prius ipse quodammodo consentiat, et negatiue se  
distorat: in altera vero nulla talis expectatur dispo-  
sitis ex parte hominis. ¶ Si Deus appli-  
cat et mouet causas secundas ad suas operationes  
efficaces influxu usque vitur videntur instrumentis:  
Ergo in omni opere, etiam prauo Deus est causa prin-  
cipalis, voluntas solum se habet instar instrumenti:  
ac proinde Deo magis tribui debet hoc opus quam  
homini: que doctrina alicui videri posset non differre  
a doctrina Luinghi et Caluini.



per intellectum

§. Proposito obiecto pravo, v. g. furto aut sacrilegio voluntas  
tam haberi se negativum non est magnum peccatum in no  
suo nullum: quia ergo equitate Deus hunc illam appli  
cat ad volendum istud obiectum, et implicat tanto malo  
non enim equum esse videtur, ut quia proposito malo  
voluntas ad illud negativum se habet, idcirco debeat ad  
illud applicari et determinari nulla rerum connexio,  
nulla lex naturae, nulla ratio providentiae id postulat.  
item cur illud negativum se haberi in exemplo proposito,  
est potius dispositio ad motum Dei qua applicatur  
ad volendum, quam ad nolendum et refutandum? simul enim  
proponitur furtum sub ratione boni utilis et sub ratione  
mali. 6. Hae sententia aperte innuit volun  
tate se negativum habenti, obiectum propositum imprimere  
aliquem motum voluntati, priusquam ipsa cooperitur.  
Quid enim aliud significant illa verba: si habeat se  
negativum movetur ad obiectum? illam enim negationem  
volunt esse dispositionem proximam ad suscipiendam  
motum obiecti. habet ergo voluntas se merito passiva  
ad illam motum. quod sani neque vere philosophi,  
neque theologice est conformi. Obiectum enim non movet  
voluntatem affectivam, motum illi aliquem imprimendo, sed  
obicitur bonitatem suam ostendendo, ut voluntas ipsa se  
se et in se eliciat affectum quo in illud fratur.  
Dicitur obiectum esse causam partialem et una cum poten  
tia voluntatis causare motum in voluntate: hoc enim non est

improbabile. Verum si ita est quod opus est ista dis-  
positioni negativa ut obiectum incipiat moueri, oportet  
tamen ut ipsa voluntas incipiat, et secundum obiectum tra-  
hat ad productionem actus. nam ipsius influxus est cau-  
sa cur actus hic et nunc fiat, et cur obiectum hic  
et nunc concurret. non enim idcirco hic et nunc actus  
libere fit quia voluntas libere permisit se moueri ad  
obiectum, sed quia ipsa hic et nunc voluit id se elicitum  
actum, et condidit in obiectum. 7. Proposita  
sufficienter fidei doctrina habere se negativam est  
peccatum. tunc enim non potest voluntas consistere  
in negativa dispositione, sed tenetur actu positivo  
amplecti fidem, seu velle credere. Idem dicitur in  
omni casu, quo urget aliquod preceptum affirmativum:  
ergo illa negativa dispositio, non potest esse dispo-  
sitis ad recipiendam motionem illam efficacem, qua  
voluntas efficaciter mouetur ad acceptandam fidem.  
quod enim est peccatum, non potest esse dispositio  
ad supernaturale auxilium gratie, quale est illa motio  
divina. Conferam. quia quod est dispositio ad illam  
motionem, etiam est dispositio ad ipsam fidem, et  
ad gratiam iustificationis: ergo si aliqua negatio  
actus in voluntate est dispositio, ad quam necessario  
ex ordinatione divina sequitur illa motio deter-  
minans ad relationem credendi, vel continentiam, eadem  
negatio erit dispositio ad quam necessario sequitur

fides et iustificatio. ex dispositione enim illa nega-  
tiva necessario sequitur motio divina determinans;  
ex motione volitio credendi, si agatur de fide vel  
contritio si de reconciliatione. ex volitione credendi  
ipsum credere, et fidei donum: ex contritione in-  
fusa <sup>gratia</sup> et iustificatio: itaque pura negatio, pura  
cessatio ab agendo que vel est peccatum, vel sal-  
tem est naturalis, pro qua voluntas neque gra-  
tia eget neque etiam concursu generali erit motus,  
satis dispositio ad quam infallibiliter et necessario  
sequatur motio efficax et donum fidei et iustificatio-  
nis. que quo modo sane dici possunt non videt.  
Tolerabilius foret aliquid positivum naturale, quam  
aliquid negativum dispositionem gratie statueret.  
P. Hec sententia videtur evincere efficaciam  
gratie que statuitur in vocatione congrua.  
Ut enim quis accepto auxilio sufficiente, et pro-  
posito obiecto habeat se negativum, non opus est effi-  
caci suasioni: suasio enim non tendit ad hoc ut  
quis se negativum habeat, sed ut positivum amplectatur  
obiectum propositum. atque hoc ipso quo se habet nega-  
tivum; dabitur ei motio efficax determinans ad consensum.  
ut hec sententia docet. ad quid ergo servit ista  
efficacia gratie? sufficit enim illa motio efficax. Unde  
alii qui ponunt hanc motionem non agnoscunt aliud auxilium

limum efficaciam, sed omnem efficaciam in illa motione consti-  
tuunt, et merito. Cuius enim maioris efficaciam desis-  
derat, quam sit ea que voluntatem determinat?

Dices, efficaciam suasionis requiri ut de facto vo-  
luntas non veniat obiecto proposito. ac hoc absurdum  
videtur: nulla enim est ratio cur voluntas  
semper positivè iudicat bonum quod ei proponitur, quan-  
do non adhibetur suasio efficax. alioqui verum esset  
liberum arbitrium sine suasionis efficaci et ipse  
determinatum ad veniendum bono: ac prorsus ad nihil  
valeret nisi ad peccandum. Sed et voluntas ea se  
absque ullo gratie auxilio potest suspendere suum  
actum, quando nullum videt preceptum: in qua sus-  
pensione nullum est preceptum: ergo ad hoc ut non veni-  
tatur positivè non est opus suasionis efficaci. hoc ipso  
enim quo proposito bono suspendit suum consensum,  
non venitur positivè sed habet se negativè.

Denique illud non veni positivè, sufficientissime  
immo necessario iuxta principia huius sententie pro-  
venit de eo quod voluntas non determinatur a Deo  
ad veniendum, ut statim attendam. ergo non opus est  
ad hoc suasionis efficaci.

9. Accedit quod huius sententie auctores non coherent-  
ter loquantur, cum enim duplicem ponant efficaciam:  
alteram in vocatione, scilicet suasionem: alteram in hac divi-  
na motione, qua efficaciter applicatur voluntas humana

ad actum: priorum voluntas pendet ab libero arbitrio viri-  
tus gratie instructo: posteriorum vero voluntas pendet  
a libero arbitrio solum negativè se habent: ad quod  
nullis gratie viribus, nec ullo concursu Dei opus est  
que sane male coherent. si enim a libero arbitrio  
pendet ut sit vel non sit efficacissima ista motio:  
cur non etiam ut suasio sit efficax vel inefficax,  
hoc est ut effectum habeat, vel effectu careat? omitto  
quod frustra peculiaris efficacia in suasionè requiratur,  
si Deus sua motionè voluntatem prædeterminat: ut  
in octava rationè ostensum.

10. Denique, si quis bene attendat videt hanc  
sententiam scriptam curterè: requirit enim ad omnem  
actum positivum motionem divinam, qua Deus utatur  
causa secunda tanquam instrumento: ac prout  
non ponit ullum actum positivum in potestate volun-  
tatis nisi mediato, nempe quatenus illa motio divina  
est in potestate voluntatis. hanc autem motionem  
non ponit etiam immediatè in potestate voluntatis sed  
solum mediato illa dispositione negativam. ipsam vero  
dispositionem negativam solum immediatè in volunta-  
tatis potestate collocat, et illa mediato, cetera omnia.  
hæc autem nullo modo consistunt. si enim negativitas  
cuius actionis est immediatè in potestate voluntatis,  
etiam positio illius: quia libertas, et potestas contra-  
dictionis. consistit enim in quadam indifferentia voluntatis

ad agere, et non agere. si ergo immediati est indifferens  
ad non agere etiam ad agere. itaque contradictionem  
implicat ut negatio actionis per se et immediati libera  
sit: et actio positiva solum sit libera in sua causa, nempe,  
per in dispositione quadam negativa. Confirm. quia  
hoc ipso quo negatio actionis dicitur libera eo ipso signi-  
ficatur tam posse non esse nulla facta praesentia muta,  
tionem in voluntate, seu omnibus praesentibus eodem modo se  
habentibus. atque non esse: istius negationis nihil est  
aliud quam positio actionis: ergo actio illi negationi  
opposita potest immediati poni in voluntate, nec opus  
est ad illam vlla dispositio negativa, aut motio  
praesentia.

Rursus si nulla actio positiva potest poni in voluntate,  
et nisi Deo mouente et praedeterminante divina  
motio est proxima ratio cuiuslibet actionis et ideo quae  
libet actio hic et nunc est, quia Deus hic et nunc ad  
illam mouet. ergo negatio et absentia divinae motiois  
erit causa absentiae actionis: et ideo idcirco talis  
actio abest quia Deus ad illam non mouet. si enim  
affirmatio est causa affirmationis negatio est caus  
sa negationis. si praesentia divinae motiois est  
causa praesentiae actionis; absentia divinae motiois  
erit causa absentiae actionis: ergo absentia actionis  
non est reducenda in libertatem voluntatis, ut in propri  
am causam; sed in absentiam motiois divinae, sicut

presentia actionis in presentiam motionis divinae.  
Ducit verum quidem esse absentiam actionis reduci in  
absentiam motionis divinae, sed hoc absentia motionis ultio-  
rius reducit in defectum dispositionis liberi arbitrii.  
quia enim liberum arbitrium non se disponit <sup>in actu</sup> ~~in actu~~ <sup>negativa</sup>  
dispositione ad divinam motionem. Idcirco illa ea motio  
illi non datur. Et hoc modo libertas arbitrii est prima  
radix in quam ultimo omnis actio positiva libera et  
negativa actionis reducit. Contra In quo consistit  
ille defectus dispositionis? si enim dispositio ad motum  
omnem divinam est negativum se habere, seu non resistere,  
obieto proposito: defectus dispositionis nihil erit aliud  
quam resistere. Negatio enim non tollitur nisi per  
positivum contrarium. atqui resistere non est immediate  
in potestate voluntatis, cum sit aliquid positivum, ad  
quod requiritur motio divina, et consequenter alia dis-  
positio negativa. Unde perspicuum est illam solutionem  
fuisse esse; ac primum firmum esse quod inferitur,  
nisi, absentiam actionis, et omnem illam dispositionem  
negativam, in qua tota libertas fundatur non esse  
liberam, sed necessariam; et reduci in solam voluntatem  
divinam volentem movere ad actum contrarium.  
Summa huius rationis est. si negatio actionis est im-  
mediate libera, etiam actio est immediate libera; pro-  
inde falsum est ad eam se requiri motionem determinatam,



tem, si actio non est immediatè libera, nec est etiam nega-  
tio actionis immediatè erit libera. Undè cum nihil  
assignari possit quod immediatè sit liberum (ppter  
actionem affirm. et negationem eius nihil potest esse  
liberum) consequens est tolli planè totam libertatem.

### 6<sup>ta</sup> Propositio.

Voluntas in suis actibus determinatur a iudi-  
cio rationis quo stant non potest aliter velle.

### Examen.

Hæc propositio etsi a quibusdam pp, tentatur; tamen  
non est solida: immo non videtur pp probabilis. tum  
quia nullus actus voluntatis erit per se et immediatè  
liber, sed solum in sua causa, ex quo multa sequuntur  
inconmoda: nec in voluntatè erit unquam vlla dispo-  
sitiò immediatè indifferens ad velle et nolle: in qua  
tamen indifferentià consistit ratio libertatis. tum  
quia omnis motus voluntatis reducit in principium  
non liberum; ac prout nullus motus erit absolutè liber.  
sed omnia necessariè ut fuso et clarè multi scriptores  
ostenderunt. Fonseca 9. metaph. Suarez, tom. 1.  
metaph. disput. 19. H. Salas. l. 2. pag. 693.  
Lestinus de grat. c. 5. num. 15. et alii.

